Fragmentarium

donec eas inter tuos sanctos et electos . qua-
tinus illorum consortio uita perfruan-
tur eterna . Per. Post communionem.

Proficiat domine quesumus ad indulgentiam
animabus famulorum tuorum pro qui-
bus tuam deprecamur clementiam
diuini celebratio sacramenti . ut per hec
sancta a contagiis terrene conuersationis
emundate . ad celestem mereantur per-
uenire habitationem . Per. Pro femina.

Quesumus domine pro tua pietate
miserere anime famule tue et a
contagiis mortalitatis exutam . in eter-
ne saluationis partem restitue . Per. Sec.

His sacrificiis quesumus domine anima famu-
le tue . a peccatis omnibus exuatur sine
quibus a culpa nemo liber extitit . ut
per hec pie placationis officia perpetuam
misericordiam consequatur . Per. Post communionem.

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 22, fol. [9]v – Collectar (https://fragmentarium.ms/view/page/F-kk0b/7131/69922)